

2061

LITURGICI

2062

SS. Fol. vero 166. p. 2. Lectio-
nes Missarum de Dedic. Eccl. pro
variis Necessitatibus, pro Fidelib.
Def. prout habentur in fine *Mis-
salium* nostrorum. Marginibus se-
quiori aevo varia adlita sunt. Ita
fol. 1. Hymnus *Gloria in Excel-
sis* adaptatus Deiparae, Antiphona
de illa e *Cant. Cantic.* contex-
ta, et *Alma Redemptoris Mater*,
omnia notis musicis instructa. *Fol.*
69. p. 2. *Benedictio agni*, puta
Paschalis: *Deus uniuerse conditor
creature, qui inter ceteras diuer-*

farum creaturarum Species &c.
Fol. 73. p. 2. Hymnus paschalis:
*Mundi renouacio nova parit gau-
dia &c. Fol. 128. p. 2.* Litaniae
OO. SS. quos inter *Kylianus Fol.*
131. p. 2. *Benedictio Uvarum:*
*Benedic Domine hos fructus no-
uos uue &c.* Adscripta haec ad
Festum Purificationis B. *Mariae.*
Certe temere. *Fol. 156. p. 2.*
Hymnus: *O beata beatorum mar-
tirum solempnia &c. Pag. ult.* Hym-
ni II. notis musicis superimpositis.
Prior:

*Gloriosa fulget dies exultet ecclesia
Angelis hominibus pax et leticia
Immortali translatus emicat memoria
Valentinus pontifex spes nostra salus et gloria
Gaudet celum inclita presulis ex anima
Terra meritis corpore triumphat felix patauia. &c.*

Unde liquet *Codicem* successu temporis ad hanc Dioecesin pervenisse.
Alter:

*Aue gemma claritatis ad instar carbunculi
Aue rosa paradisi flore fragrans balsami
Katharina uirgo felix &c.*

DCCCXXXVI.

R. 3130 Codex chartaceus boh. lat.
Sec. XIV. Folior. nunc 174. ut-
pote initio et fine multatus, cha-
ractere luculento exaratus, et mi-
nio distinctus continet I. Lectiones
Evangeliorum per anni decursum
diebus dominicis et festis usitatas
in Ecclesia. Quoniam autem pri-
ma folia deperierunt, initium nunc
est ab Evangelio Dom. infra Octav.
Epiphaniae: *Cum factus esset Je-
sus annorum duodecim &c. Luc.*

c. 2. Ita: *Wonom czassy kdyz bu-
dyssye Gezyss nadwanadcztelet po-
gydechu do Geruzalema yakoz
obyczyey hodny &c.* Versio haec
Bohemica e mente Cl. *Dobrovii*
ἀνοπτε est antiquissima omnium,
quae in Codd. mss. supersunt, sed
minus adcurata, et erroribus ple-
na. Sunt in locis difficilioribus o-
missiones quaedam Interpreti im-
putandae, aliae pluribus Librariis,
cum tot errores vix ab uno pro-
ficisci potuerint.

S 3

II.

2063

C O D I C E S

2064

II. fol. 50. absque Titulo sequitur *Hymnarium* per annum initio ducto ab Hymno: *Ueni redemptor gentium, ostende partum virginis* &c. qui, ut ait Commentator, qui eum per partes exponit, canitur in aduentu domini in vesperis vsque ad natiuitatem christi. Singulae porro partes bohemicæ κατὰ λέξιν exponuntur ita: *Veni przyd redemptor wykupyteley gentium lydy ostende vkaż partum plod virginis dyewky miretur dywſie omne seculum weſſken ſwyet talis partus porod decet fluffye deum boha* &c.

III. fol. 143. p. 2. *Notabilia bona de Biblia*. Videlicet Loca excerpta praecipue e *Pentateucho*, in quibus etiam difficilioribus vocibus Significata bohémica adduntur, v. g. inanis *nerodna*, erumpnas *boleſty*, nongenti *dewyetteſet*, quinquaginta *padefat*, foedus *mocz* &c. Extrema horum *Notabilium* evulsis foliis perierunt unacum initio Congeriei quorundam Effatorum philosophicorum, unde adhuc Sententiae *Ptolemaei*, *Senecae*, *Certilai* (Critolai) *Socratis* superſunt.

IV. fol. 168. *Sermones III. De ſancto Criſtoforo* fabulosus. *De purificatione. De ſancto petro et paulo* abruptus.

DCCCXXXVII.

R. 2123 Codex membraneus germ. Sec. XIV. Pagg. 222. f. min. eleganter exaratus, minio distinctus, et quondam *Conventus Vienn. Carmelitarum Discalceatorum* continet Epi-

stolas et Evangelia per annum in Officio sacro legi solita in Germanicum versa hoc Rubro: *Hie beben sich an die Epistel vnd die ewangilg durch das iar*. Initium ducitur ab Epistola Vigiliae Natiuitatis. *Paulus am den heiligen abent zu weinachten*. Atque ea sit specimen. *Prueder paulus der knecht ihesu cristi ein appostel der gesundert ist zu gotes ewangelium. daz er vor gelobt het durch die propheten. an der heiligen schrifft. von seinen sun. der vns geporn ist. von dem samem dauicz. an der menschaith. der vor geordent ist. gotes sun. an der tugent. nach dem geist. der belikait. von der auferstendung der toten. vnsers herren ihesu cristi durch den wir genomen haben die gnade. vnd der aposteln ampt. vnd sein geborsam dem gelaub. vnder allen dingen seit ir geladen yn vnsers ihesu cristi namen*. Ita fatis ordinate proceditur per Officia de Tempore usque ad Dom. XXV. post. *Pentec. pag. 164*. deinceps vero nulla Calendarii ratione habita sequuntur *Festa SS.* sic tamen, ut e potioribus pauca desiderentur. Indicem, qui turbationi huic medeatur, manus recentior adiecit.

DCCCXXXVIII.

Codex membraneus germ. Sec. R. 2036 XIV. Folior. 156. 4. min. eleganter perscriptus, rubricis distinctus, et olim *Κρημα Parthenonis Thalbacensis Ord. S. Francisci ad Bregentium* est *Evangeliarium* per anni circulum ita insignitum: *Ditz*